

Iob 2.

ægtorantes inuenimus in Scriptura, Iobum scilicet, & Ezechiam regem. Iobus omni morbo, ac vlcere pessimo, à planta pedis vsque ad verticem percussus est à Satana, Iob 2. num. 7. Ezechias etiam grauius ægtorauit vsque ad mortem. At Iob vno momento, ac verbo sanatur à Domino, vt docent. Caietan. Titelman. Oforius Episcopus Algarbient. quando ipse scilicet pro suis amicis orauit. Iob 42. num. 10. Dominus quoque conuersus est ad penitentiam Iob. Vel vt voluit Theophanes epist. 2. de patientia. Nazianzenus orat. 21. quando Dominus ei dixit cap. 49. n. 3. iuxta Septuaginta: Putas me aliter respondisse tibi, quam vt appareas iustus. At verò Ezechias sanitatem recuperat adhibito emplastro ex ficibus confecto. Et insit Isaias vt tollerent Massiam de ficis, & cataplasma- rent super vulnus, & sanaretur. Isai. 38. num. 21. quo applicato sanitatem comparauit, ita vt tertia die adiret in templum. Cur Iob tam facile, ac momentaneè comparat salutem; Ezechias verò tam morose, ac tanto medicamine? Vtraque salus miraculose conferebatur à Deo: Iob datur immediate ab ipso Deo; Ezechia verò per Isaiæ manus, et si præclarus sanctitate, tamen cum minister esset, sanitatem absque mora, & multa diligentia non confert. Citatus Theophanes: Post tolerantiam temptationum Iob dignus habitus est, qui Deum videret, audiretq; illud diuinum præconium dicens illi: Putas ne me aliam ob causam allocutum te esse, nisi vt iustus appareas. Oratio hac morbum illum doloribus plenum illico dissoluit.

Dominus sine mora, seruus multa dilatione dat.

Theophan.

87.

Psal. 106.

4. Reg. 4.

Dominus faciliè, seruus multis interpositis dat.

Isai. 38.

Putas me aliter respondisse tibi, quam vt appareas iustus. At verò Ezechias sanitatem recuperat adhibito emplastro ex ficibus confecto. Et insit Isaias vt tollerent Massiam de ficis, & cataplasma- rent super vulnus, & sanaretur. Isai. 38. num. 21. quo applicato sanitatem comparauit, ita vt tertia die adiret in templum. Cur Iob tam facile, ac momentaneè comparat salutem; Ezechias verò tam morose, ac tanto medicamine? Vtraque salus miraculose conferebatur à Deo: Iob datur immediate ab ipso Deo; Ezechia verò per Isaiæ manus, et si præclarus sanctitate, tamen cum minister esset, sanitatem absque mora, & multa diligentia non confert. Citatus Theophanes: Post tolerantiam temptationum Iob dignus habitus est, qui Deum videret, audiretq; illud diuinum præconium dicens illi: Putas ne me aliam ob causam allocutum te esse, nisi vt iustus appareas. Oratio hac morbum illum doloribus plenum illico dissoluit.

Serpentum moribus lethaliter vulneratus erat Israel, tamen Dominus misit Verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum, Psal. 106. num. 20. Per quod iuxta Lorinum, ac alios explicatur vis, ab efficacia diuini Verbi, ac imperij, tanquam persona missa de celo, per quam populus salutem est adeptus. At vt Elisæus fuscitaret filium mulieris viduæ: Ascendit, & incubuit super puerum: posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius: & incurruuit se super eum, & calefacta est crura pueri. At ille reuersus deambulauit in domo semel huc, atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitauit puer septies, aperuitq; oculos. 4. Regum 4. à num. 34. Tanta cura adhibita contraxit se ad mensuram pueri, & insufflauit eum, interque simul deambulat per cecnacolum. Quid est, quod sanitas vniuerso populo datur vno Dei verbo; salus verò pueri tanta rerum varietate adiecta ab Elisæo administratur? Quæ immediate à Deo veniunt, promptè, ac expeditè sine vlla mora conceduntur. Quæ verò à Ministro fiunt multa impensa cura, ac diligentia, & labore comparantur, ad quod respicit D. Augustinus serm. 106. de tempore: Videte, ait fratres, quam se vir ille contraxit, vt paruulo mortuo, & iacenti congrueret. Vide supra cap. 3. n. 62. & tom. 3. cap. 33. q. 21. n. 149. 150.

QUESTIO XIII.

An cum cæcus se lauauerit, lutum fuerit eiectum ab oculis eius, vel potius in oculis transmutatum?

88. Chrysof.

VTVM ablutione aquæ eiectum fuisse ab oculis hominis affirmat D. Chrysofomus homil. 55. in Ioannem: Dixit Dominus, ait, vade,

& lauare, vt intelligas nihil mihi luto opus esse. Sicque agnosceretur miraculum non ex luto, sed ex Christi virtute emanasse.

Aliter docet D. Irenæus lib. 5. cap. 15. Ex qua terra, ait, Deus formauit cæco oculos: ex hac plasmatius est homo. Et D. Chrylogus serm. 176. Christus, inquit, imponit lutum, vt creante manu, inde suppleret homini lumina, vnde hominem fecerat totum. Huius sententiæ mentionem facit Theophylactus: Quidam, ait, dicunt, quod lutum sit formatum in oculis, &c. Quam sententiam sequuntur aliqui Recentiores, Lucas Burgenf. & alij, quod nempe hac lotionem non eiectum, aut absterfum fuerit lutum ipsum ab oculis, sed in oculis mutatum, diuina Iesu virtute. Quæ sententia est valde conformis menti sanctorum Patrum, quos retuli quæst. 9. qui docent, quod sicut Deus ex luto fabricatus est hominem, sic & ex luto formauit oculos; deinde ex hoc maxime clarècitur excellentia miraculi, cum abluendo se homo lutum non deiecerit, sed in oculos eius fuerit mutatum.

Christi virtute claudi ambulanti, leprosi mundantur. Matth. 11. num. 5. manus datur habenti eam aridam. Matth. 12. num. 13. tamen cum cæco tantum ex imposito luto oculi formantur, Cur in his miraculis potius oculi, quam pedes, vel manus à Christo ex luto componuntur? vt tanto documento maxime instruemur inter magna beneficia, ac dona in oculis representatum habere lutum, & puluerem, ex quo sumus fabricati; ipsa enim memoria mortis præ omnibus nobis utilis, & proficua.

Postquam Adam imposuit nomen cunctis animalibus terræ, ac vniuersis volatilibus cæli. Inmisit Dominus Deus soporem in Adam, Genes. 2. num. 21. Quare post tanta nomina data sopore deprimitur? Impositio nominum, illius principatus super omnia animalia erat index, statim ergo post nomina: inmisit Dominus Deus soporem. Seu, vt legit Vatablus, Profundum somnum: in lethargi similitudinem, vt veluti mortui imaginem redderet. Vt statim inter rerum primordia, ipsa effigie mortis obiecta à quacumque vana elatione, ac inordinata cogitatione homo comprimeretur, ac refrænaretur. Præclare Tertullianus lib. de Anina cap. 43. inde deducitur, ait, imaginem mortis iam tunc eum recessere. Et subdit post pauca ipse Africanus, Ideo & somnus tam salutaris, tam rationalis, etiam in publicis, & communis iam mortis effingitur exemplar, voluit enim Deus, & alias nihil sine exemplaribus in sua dispositione molitus humani, vel maximi imitij, ac finis lineas quotidie agere nobiscum. Tanquam salutare, & vile medicamentum contra humanam vanitatem inditus est somnus quotidie humanæ naturæ, vt secum haberet imaginem, ac representationem mortis, qua humiliaretur, ac deprimeretur.

Ait Deus Israeli: Dedi conturbationem gladij acuti, & limati ad fulgendum, amicti ad cædem, Ezech. 21. n. 15. sen involuti, vt legit Vatabl. multa contradictio in his videtur sublatere; quod nempe gladius vt pote limatus fulgeat sicut fulgur; vt habent Septuaginta, ac si extractus esset ex vagina, & quod sit reconditus tanquam amictus sub pallio, vt explicat Pardo; vel sub baltheo, vt ait Maldonatus; quomodo hæc tam opposita cohererent; inter multas oppressiones, ac miseria Ierusalem, Deus illi suam pietatem explicat, & declarat. Gladius exacutus fulget ad conturbationem, vt mortis representatione ingentis; & amictus est ad cædem

89. Irenæus. Chrylog.

Theophyl.

Burgenf.

90. Matth. 11.

Matth. 12.

Mortis memoria valde utilis.

91. Genes. 2.

Vatabl.

Tertullian.

In nobis infixa est mortis imago.

92. Ezech. 21.

Vatabl.

Septuag.

Pardo. Maldonat.

Magnæ Dei beneficii virtus, & mortis representatio.

93. Deut. 32.

Ex mortis memoria vita componitur.

Nicæn.

cædem inferendam, vt vitam concedat. Ecce magna duo Dei beneficia, mortis representatio, & vitæ largitio, imò illa præcessit, & primo ponitur loco, vt ex mortis cogitatu tota vita nostra bene regatur, ac componatur.

Ait Deus: Ego occidam, & ego viuere faciam, Deuter. 32. num. 39. Prius præmittit, quod occidat; & postea, quod vitam homini concedat, vt ex mortis memoria præui affectus proiciantur, & tota vita nostra in rectitudine, ac bonitate dirigatur. D. Nicæus: de forma hominis Christiani. Ex persona Dei, ait, in Propheta dictum est: Ego occidam, & ego viuere faciam. Nullo enim pacto id quod in nobis est bonum, potest viuere, nisi ex aduersarij morte vita illi comparatur.

Ioan. 9. n. 8. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant: quia hec est.

Alij autem nequaquam, sed similis est ei Ille verò dicebat quia ego sum.

Dicebant ergo ei: quomodo aperti sunt tibi oculi?

Respondit: ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloë, & laua. Et abij, laui, & video.

VERSIONES.

Arias n. 8. Spectantes eum prius, quia cæcus erat.

Syriacus n. 9. Et erant qui dicerent: non, sed quispiam, perquam ei similis.

Vatablus. Et dixit mihi: Vade ad piscinam Siloam, & laua: vt autem abij, ac laui, visum recepi.

EXPOSITIO IV.

TAQVE vicini. Describitur quomodo miraculum publicatum fuerit, ac innotuerit primò populatibus, deinde magnatibus, à quibus cæcus detentus est, ne suum benefactorem quæreret, ac pro tanto beneficio gratias ageret. Itaque vicini. Primò qui dubitant de hominis felicitate sunt vicini, ac amici. Et qui viderant eum prius, tam sedentem, quam prætereuntem, quia mendicus erat. Arias, Syriacus: Quia cæcus. Et dicebant: Hic est, qui sedebat; hoc est, sedete solitus erat; & vt rectè ait D. Chrysof. Non ostentatum hic mendicabat, sed sedebat ad templi ianuam. Et si die sedebat ad ianuam templi, nocte tamen in propriam domunculam se recipiebat, ob quam vicinos habebat. Et mendicabat. Bene ait Theophylact. Non temerè autem hoc adnotauit Euangelista, quod mendicus fuerit, sed vt ostendat insalubilem Domini misericordiam, quæ se ad insulucira in Euang. Tom. I V.

94.

Arias.

Syriac.

Chrysof.

Theophyl.

motusque dimittat, ita vt mendicum summa diligentia curaret, & vt inde etiam ipsi disceremus, ne contemnamus inuinos.

Alij dicebant: Quia hic est. Rei nouitas præ sui admiratione rem certam vertit in dubium. Alij autem nequaquam, sed similes est ei. Non enim poterant sibi persuadere, quod cæcus à natiuitate visum recuperasset; Dei dona superant semper nostrum captum, nostramque intelligentiam. At verò ipse cæcus pleno ore publicè dicebat: Ego sum. Et si visus ei esset donatus, tamen antiqua cæcitatatis miseria non obliuiscitur, sed contemnens Iudæorum inuidiam, eam publicè fatetur, vt hoc modo magis beneficium acceptum recognoscat, & prædicet. Rupert lib. 9. in Ioan. Eligens, ait, magis inuidiam eum illo sustinere, quam ingrato silentio, Dei laudi, ac gloria damnnum inferre.

Respondit: breui, & compendiosa oratione totam narrat historiam cæcus. Ille homo. Aperit rei gestæ ordinem, & simpliciter, & sine vlla gratiæ significatione eius nomen pronuntiat, & absque vlla honorificentia prout cupiebat tanquam si de alieno, & de eo, qui sibi solo nomine notus erat, loquitur. D. Chrysof. Neque illum, ait, qui se curasset, nouerat, vt omnis signorum dubitatio tolleretur. Vt hoc modo se alienum ab omni suspitione ostenderet, & hæc est germana explicatio; licet Euthymius, Theophylactus, Toletus astruant cæcum sic locutum, quia nondum sciebat Iesum esse Deum. Qui dicitur Iesus. Cæcus nomen Iesus dedicerat, vel ex communi fama, vel interrogando à circumstantibus, vel etiam, vt ait Hugo, ex colloquio Iesus cum discipulis. Quis peccauit. Vel moraliter dic: Quod tam perpicax est animus gratus, vt quamuis oculis, ac visu careat, tamen suum benefactorem semper videt, & recognoscat.

Lutum fecit, & unxit oculos meos. Non dixit ex spuro: bene D. Chrysof. Verax sanè, ait, non dicit, vnde fecerat, quod non viderat; senserat autem vngi. Quod etiam notant Theophyl. Euthym. Leont. Vngi oculos senserat homo, sputum autem cum esset cæcus non viderat, nec fortè ex relatu aliorum intellexerat, idè illud prætermisit. Et misit ad natatoria. Seu vt alij legunt: ad natatoriam. Idem tamen semper est sensus.

QUESTIO XIV.

Quare circa personam ceci tanta exorta est dubitatio, vt multi dicerent non esse eundem, sed diuersum hominem?

VD EI inuentes hominem cæcum restituito sibi visu; dicebant: nequaquam est idem, scilicet: sed similis illi. Vnde potuit oriri tanta disceptatio circa hominis personam, cum illius vultus esset idem?

Respondet primò D. Augustinus in præfenti. Aperti oculi, ait, vultum mutant. Nam et si facies eundem exprimeret, aperti oculi veluti diuersum indicabant. Secundo forsitan Iudæi facilius sibi persuadebant, duos inter se valde similes inuenire, quam cæcum à natiuitate visum recuperare. Tertio, valde sinistra est hominis conditio, vt aliorum bonæ fortunæ credat; nullus de hominis cæcitate dubitat, quamplures verò de illius visu restituito ambigunt. Cæcum omnes fatentur, videntem verò multi sunt, qui non credunt.

Minimi non contemnant.

95.

Dei dona superant nostrum captum.

Rupert. Gratus contemnit aliorum inuidiam.

96.

Chrysof.

Euthym. Theophyl. Tolet.

Hugo.

97.

Chrysof. Theophyl. Euthym. Leont.

98.

99.

August.

Homines aliorum felicitatem ab credunt, maxime verò infortuniam.

dant. Quarto, illum esse hominem caecum negabant, ut Christi miraculum obnubilarent, hoc enim agnatum est humanae superbiae aperta, & evidenti obsecrare, ut aliorum gloriam diminuerent, ac inficiari valeat.

100. Non ex praesenti, sed ex antiquis iustis hominibus.

101.

Electus Saul in Regem, cum inuenisset obuiam chorum Prophetarum, simulque cum eis assistens, descenditque in eum Spiritus Domini, ut cum aliis simul prophetaret.

1. Reg. 10.

Videntes autem omnes, qui nouerant eum heri, & nudius tertius, quod esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicem: Quidnam accidit filio Cais? Num & Saul inter Prophetas? 1. Regum 10. num. 10. Cum autem dicunt: Num & Saul inter Prophetas? Id est, quomodo homo tam indignus etiam prophetat. Ut explicat D. Ambrosius lib. 1. Offic. cap. 43. Saul, ait, & illatus choro Prophetarum, etiam ipse prophetauit: & de solo quasi indigno memoratum est: etiam Saul inter Prophetas? Saul cum unctus est in regem, a Samuele mutatus est in virum alterum. Eodem cap. 10. num. 6. indeque factum ut Spiritus Dei in sanctu prophetaret; & cum omnes viderent tantum suae mutationis signum, ut pote dono prophetandi ditatum; tamen cum antea omnes eum indignum appenderent, etiam post donum acceptum indignum iudicant. Ad haec vide multa tom. 3. cap. 15. quae st. 17. num. 140. 141. 142. & 143. & cap. 21. quae st. 8. num. 53.

Ambros.

Ex antiquis iudicatur Saul.

102. Et dixerunt ubi est ille? ait, nescio. Adducunt eum ad Phariseos, qui caecus fuerat. Erat autem Sabbathum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video.

VERSIONES.

- Syriacus n. 13. Adduxerunt eum, qui prius caecus fuerat. Euthymius. Qui quondam caecus fuerat. Arias. Illum nuper caecum. Syriacus n. 13. Lutum imposuit oculis meis, & laui, & recepi visum.

EXPOSITIO V.

102. Chrysof. Leonius. Tolct.



Hic dixerunt ubi est ille? Hoc ut notant D. Chrysofomus, Leonius, Toletus, non recto animo dicebant, ut Christum audirent, & crederent, sed sinistra, & mala mente, ut Christum tanquam Sabbathi violatorem adducerent, & accusarent apud Phariseos, quod ex eo

probat; nam cum Dominum, quem quaerebant, non inuenirent, hunc caecum loco illius ad Phariseos deferunt, ut ab eo profunde, & subtiliter examinato alte veritatem agnoscant. Ubi est ille? praeter odio proprium nomen praetermittunt, & non pronuntiant. Ait, nescio. Nam caecus iussus statim abiit in Natatoriam, & illo digresso illico Iesus discessit. Editis enim miraculis non morabatur, alienus enim erat ab omni gloriae applausu ex D. Chrysof. Theophyl. Quoniam Dominus, ait, sanans, & miraculum faciens, conuenerat, eo quod alienus esset ab ostentatione, secedere: interrogatus caecus, ubi est ille? dicit: Nescio.

Chrysof. Theophyl.

103.

Adducunt eum, scilicet vicini, noti, & illi, qui cum illo habuerunt superiorem questionem, qui enim magis tibi sunt propinqui, saepe tuo bono, ac commodo maxime torquentur, ac de illo, quam plurimum controuertunt. Qui caecus fuerat. Seu ut legit Arias: Illum nuper caecum. Ad Phariseos, tanquam ad iudices, ac seniores. Ex quibus maxime constabat magnum concilium Synedrion, qui causas, & controuersias de religione audiebant, & decidebant. Causam autem, cur caecum adduxerunt, exponit Euangelista cum ait: Erat autem Sabbathum. Ut recte notarunt Chrysof. homil. 56. Euthym. Theophylact. Leontius, Albertus Magnus & alij. Dubitabant enim an Christi miraculum esset probandum, cum factum fuisset die Sabbathi, in quo omnia feruilia prohibita erant. Et ideo suum prauum animum declarantes, eum ad Phariseos adducunt.

Arias.

Chrysof. Euthym. Theophyl. Leon. Albert.

104.

Iterum ergo interrogabant eum Pharisei. Licet vicini prius rogauerint, & responsum Phariseis retulerint, tamen Pharisei iterum iuridice interrogant, ut iudicis praetextu facilius suam malignitiam tegant, & diffundant. Theodorus Heraclensis in Catena Graeca notat, quod hoc factum est in domo iudicij, scilicet Concilij Synedrion; res enim fidei, ac religionis ibi agebantur. Et hoc Dei consilio factum est, ut Christi miraculum valde notorium, ac manifestum fieret. Vnde ait D. August. tract. 39. Caecus confitebatur, & cor impiorum frangebatur.

Theodor.

August.

105. Dicebant ergo ex Phariseis quidam: non est hic homo a Deo, qui Sabbathum non custodit. Alij autem dicebant: quomodo potest homo peccator haec signa facere? Et schisma erat inter eos, Dicunt ergo caeco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem: quia Propheta est.

Chrysof.

Theodor.

August.

106. Dicunt ergo caeco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem: quia Propheta est.

Chrysof.

Theodor. Cyrillus. August. Beda. Euthym. D. Thom. Bonau. Leon.

107. Non crediderunt ergo Iudei de illo, quia caecus fuisset, & vidisset: donec vocauerunt parentes eius, qui viderat.

Chrysof.

108. Et interrogauerunt eos dicentes: hic est filius vester, quem vos dicitis, quia caecus natus est? Quomodo ergo nunc videt.

Chrysof.

VERSIO

VERSIONES.

- Syriacus n. 16. Et dissidium erat inter eos. Euth. Theoph. Et dissensio erat inter eos. Syriacus n. 17. Ego dico eum Prophetam esse. Arias n. 18. Non crediderunt, quia caecus erat, & vidit.

EXPOSITIO VI.

105.



ICEBANT ergo quidam ex Phariseis. Proponitur varia sententia, tum ex Phariseis, scilicet iudicibus, & quilibet iuxta suum affectum, ac propensionem loquebatur. Ex Phariseis quidam, ut ait D. Chrysofomus, pertinaciores. Qui ita erant odio obcaecati erga Iesum, ut nullo diuinae omnipotentiae evidenti opere mitigarentur. Non est hic homo a Deo, scilicet missus a Deo, nec eius adiutorio, ac afflatu operatur. Qui Sabbathum non custodit, scilicet non obseruat. Maligne loquebantur, miraculum silentes, & eam, quae aestimabant legis praeragationem, ut obseruant Hugo, Toletus, paucillum luti pinferere in medium proferebant. Non enim dicunt in Sabbatho curat, sed quoniam Sabbathum non custodit. Alij autem dicebant, tanquam opposites; quomodo potest homo peccator, sumitur pro iniquo, & scelerato, haec signa facere, tam magna, & eximia miracula edere; dubitantes, & admirantes loquuntur, cum sine vlla habitatione excellentiam miraculi debebant constanter affirmare. Nemo tamen, ait Chrysof. horum audebat sententiam suam palam facere, sed dubitabant partim timore, partim ambitione. Propriae scilicet gloriae, & ideo alterius excellentiam nolebant simpliciter fateri. Et schisma erat inter eos. Dissidium, ac opinionum differentia, iustitiae causa omnino non est deserta, sed semper pro se habet propugnatores.

Chrysof.

Hugo. Tolct.

Chrysof.

106.

Ioan. 2. Exod. 7. Chrysof.

Euthym. Theophyl.

Theodor. Cyrillus. August. Beda. Euthym. D. Thom. Bonau. Leon.

Maldonat. Carthusian.

107. Dicunt ergo caeco. Caecum vocat Euangelista, quia caecus fuerat, quamuis iam non esset caecus, sicut vocatur aqua, quae vinum erat, quia aqua fuerat, Ioan. 2. num. 29. Et virga Aaron, quae iam erat serpens, Exod. 7. num. 12. Qui autem fuerint, hic, qui haec caeco dixerunt. Chrysofomus homil. 57. Euthymius, Theophylactus, existimant factam fuisse interrogationem a Christi fautoribus, quod potest corroborari, quia sic loquuntur: Quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Non enim dixerunt: Qui Sabbathum non custodit. Et hoc sensu interrogant, ut caecus de Christo magna praedicaret. Theodor. Mopsuet, Cyril. in Catena Graeca, D. August. Beda, Rupert. D. Thom. D. Bonau. aliter hoc quaesitum fuisse a Christi contrariis, qui dixerunt: Quomodo potest homo peccator haec signa facere? & ideo eo consilio saepe Pharisei caecum interrogauerunt, ut notat Leontius, ut experirentur an ipse sibi esset constans in dictis, vel variis, & anceps, ut inde caecum arguerent, ac extra Synagoram eiecissent, & hanc partem comprobant Maldonatus, ex his, quae adiungit Euangelista: Non crediderunt ergo Iudei. Tamen potius mihi videtur dicendum cum Carthusiano: ab illis duabus partibus inter se discordantibus factam fuisse questionem, quia cum inter se discordarent, recurrebant ad testimonium eius, qui expertus fuerat Christi potentiam, ut ab illo exactius agnoscerent rei ordinem. Ille autem dixit: recte Chrysof. Syluira in Euang. Tom. 1 V.

Nibil perterritus prauo Iudeorum iudicio. Addit Beda, Constantiter, quod sentiebat, expressit. Et testificans caecus de Christo, ait: quia Propheta est. Id est vir sanctus, & praedictus. Sic Abrahamus dicitur propheta, Genes. 20. num. 7. Prophetam autem vocat, quia nondum cognouerat eum filium Dei, ut postea n. 38. confessus est tamen, ut ait D. August. tract. 44. in Ioan. Cum caecus prophetam vocat, non mentitur, ipse enim Dominus de se ait; Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. Non crediderunt ergo Iudei de illo. Contra Christum sentientes, non crediderunt caeco Christi magnalia praedicantem, aliter sane fieret, si veritatem dixisset, quia caecus fuisset, & vidisset. Primum testimonium a vicinis ad se allatum crediderunt, sed considerantes, quod eo admisso non datur, quod se tuerentur, in dubium totam rem vocare sibi melius iudicauerunt. Tamen, ut ait Hugo, si non credebant eum fuisse caecum, & illuminatum, qualiter accusabant, quod Sabbathum non obseruaret: quia in Sabbatho curabat. Ecce quomodo iniquitas sibi est repugnans, & contraria. Donec vocauerunt parentes eius, qui viderat. Ut ab eis veritatem inquirant, & sic maiestas miraculi magis patefcat, haec enim est veritatis natura, ut quo magis impugnatur, inde magis confirmetur. D. Chrysof. homil. 57. Considera, ait, quot modis miraculum tegere, & abolere conantur: verum huiusmodi est veritatis natura, ut unde magis oppugnatur, inde magis confirmetur.

Chrysof. Beda.

Genes. 20.

August.

107.

Hugo. Iniqui contra se loquuntur.

Chrysof.

108.

Chrysof.

Theophyl. D. Thom. Hugo.

QUESTIO XV.

Quare ex tanto edito miraculo Iudei Christum arguunt, quod Sabbathum non custodiret?

ALDE mirum. Quod daemones videntes Christi miracula exclamant sanctum Dei, ac filium Dei eum appellantes. Quid nobis, & tibi Iesu Nazarane venisti perdere nos? Scio, qui sis sanctus Dei, Marc. 1. n. 24. & iterum: Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei? Matth. 8. n. 29. At vero modo homines intuentes Christi miracula, impudice asserunt ipsum non esse missum a Deo, sed esse peccatorem. Non est hic homo missus a Deo, qui Sabbathum non custodit. Et iterum. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Tanta est hominis malitia, eiusque inuidia, ut daemones nequitiam superexcedat, & quem ob miracula daemones sanctum Dei, homines eum peccatorem, ac Dei aduersarium temeraria praesumptione asseuerant.

109.

Marc. 1.

Matth. 8.

Homo aliquando dicit, quod diabolus non audet.

Ad nostram questionem, prima solutio desumitur ex D. Gaudentio homil. in Feria 6. post Dominicam 1. Quadragesimae. Postquam varia Christi miracula

110.

D. Gaudent.